Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De redemptione vnius mensis quem in pane et aqua ieunare debet ꝛc

¶ Eiusdem

Pro vno mense quem in pane et aqua ieunare debet psalmos mille ducentos genibus flexis decantet Si autem hoc facere non potest sine genu flexione sedendo aut stando in ecclia si fieri pt Sin autem in illo lo co mille de longo psalmos decantet Et omni die si velit et se abstinere nolit reficiat se adsexta nisi quarta feria et sextam ieunet ad nonam et a carne et sagimine totum mensem se abstineat Alium autem cibum postquam supdictos psalmos decantauerit sumat isto ordine totus iste annus redimendus est ꝛc

De illis qui ieunare non possunt et psalmos nesciunt quomodo penitenciam vnius anni que in pane et aqua ieunare debet redimere possunt ꝛc

¶ Eiusdem

Qui vero psalmos non nouit et ieunare non potest per vnum annum que in pane et aqua ieunare debet det pauperibus in elemosinam xxx solidos et omnes sextas ferias ieunet in pane et aqua et tres xl. idest xl^ta^ die ante pascha et quadragesima dies ante festiuitatem aliquid remanserit per ad impleat et quadragesima dies ante natale dni in istis tribus quadragesimis quicquid suo ori ppa^2^ in cibo id potu ut cuiscumque generis sit illud estimet quantitatis sit uel possit esse et moderate illius pcij distribuat in elemosina pauperibus et assidue oret et roget deum ut oratio eius et elemosine eius apud deum acceptabiles sint ꝛc ¶ Debet

Item redemptio illius anni quem in pane et aqua penitet

¶ Penitentia theodori

Item qui ieunare non potest et obseruare quod in penitenciali scriptum est effaciat hoc quod sancti Bonifacius constituit Pro vno die quem in pane et aqua ieunare debet roget presbiterum ut pro eo missam cantet in si fint capitalia crimina que confessa prius cum lacrimis lauare debent et tunc ipse assit et audiat missam et deuote offerat ipse manibus pane et vinum manibus sacerdotis et in tente respondeat qm tum sapit ad salutationes et ad exhortationes sacerdotis et humiliter deum deprecetur ut oblatio qua ipse et presbiter pro se et pro peccatis suis deo obtulerunt deus omnipotens misericorditer per angelum suum suscipere dignetur et eo die excepto vino carne et sagimine comedere quicquid volit et sic redimat reliquos anni dies ꝛc ¶ Sint

De illis qui ieunare non pnt et habent unde redimere po

¶ Eiusdem

Si quis forte non potuerit ieunare et habuerit unde redime possit si diues fuerit per septem ebdomadibus det solidos xxti Si non habuerit unde tantum dare possit det solidos x Et multo pauper fuerit des solidos tres Verumtamen vero cotidie quia iussimus dare solidos xxti aut minus quia si diues fuerit facilius est illi dare solidos